



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Notanda quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

lem illam ad Annæ domum primo tractus.

Secundum est: pro construendo loco, viam intueri declivem, planam, & arduam: Item hortum certa magnitudine, figura, & habitudine depingendum.

Tertium: pro voti consecutione poscere mœrorem, planctum, anxietatem, & cæteras id genus pœnas interiores, ut CHRISTO patienti pro me, compatiar.

NOTANDA SIMVL
hac quatuor.

Primum: quod post præparatoriam orationem, cuin tribus præludiis secundi huius exercitij, eodem modo & ordine procedendum est per puncta, & per colloquium, ut in præcedente de cœna peractum est. Adiiciendæ quoq; erunt circa Missæ, & vesperarum tempus duæ repetitiones super vna, & altera dicta con-

F tem-

temptatione: Ante cœnā in vero, applicabuntur quinque sensus, prēmissa vbiq; oratione præparatoria, cum tribus præludiis, oblatæ materiæ cōgruentibus, quemadmodum in hebdomada secūda satis descriptum est.

Secundum: quod habita ætatis, complexionis corporalis, ac dispositionis totius ratione, vel quinque, vel pauciora exercitia, diebus singulis implebuntur.

Tertium: quod in hac tertia hebdomada, mutandæ sunt ex parte, additio secunda & sexta. siquidem (quod ad secundam spectat) vbi fuerō experrectus, præcogitans, quod tendam, & instantem contemplationem paululum delibans, interim dum surgo, & accingor, admittar simul ad tristitiam, & dolorem, de tot astantis CHRISTI pœnis, meipsum acriter incitare. Quoad sextam vero, suffugiam potius, quam queram, aut

admit-

admittam iucundas cogitationes, licet alioqui utiles & sanctas, ut sunt de resurrectione C H R I S T I, & gloria. Pro quibus in meditanda eius passione, angores ac pœnas hauriam, ex frequenti eorum recordatione, quæ ab hora suæ nativitatis, ad exitum usque vitæ huius, ipse perpessus est.

Quartum: quod examen particolare, circa tam exercitiorum, quam additionum functionem, fiet ad eundem modum, ut in hebdomada precedente.

In secunda autem die, contemplatio alia succederet, noctu transigenda, de gestis in domo Annæ, ut narratur, pag. 171. Sub auroram vero de secutis rebus in domo Caiphæ, pag. 127. Deinde repetitiones & usus sensuum, velut prius.

In tertia die: contemplabimur per noctem medium, quomodo ductus